

et sit ampla decem pedibus ad pedem episcopatus Ferrarie. Et qui contra fecerit, condempnetur in decem soldis ferrarinorum. Et hoc procurent extimatores comunis Ferrarie a via Pilipariorum Novorum usque ad stragarolos.

• CCCXXXIII. *De platea episcopatus, ut sit omnibus libera et de 5
pena scallarum.*

Statuimus quod platea episcopatus Ferrarie sit aperta et¹ omnibus civibus civitatis Ferrarie pateat copia vendere volentibus in ea, nec prosit alicui dicere volenti se per tempora stetisse in aliquo loco platee, ut per hoc in eo loco standi ius habere videatur, nec loca 10 per sortem per aliquem aut per aliquos in ipsa platea dividi possint. Et omnibus prohibeatur ante diem sabbati vel ante alium diem, in quo forum fieri debeat, poni scalas. Aliqua vero scala non possit poni aliquo die ante scallas pallacii. Qui contra fecerit, solvat comuni decem soldos ferrarinorum. 15

CCCXXXIII. *Quod quilibet passus sit feratus.*

Ut ne drapos vendentes et alias mercationes ad passum in mensura emptores decipere possint, statuimus quod quilibet passus ab ambobus capitibus sit ferratus et iusta ferrum sit bullatus et quilibet passus debeat adequari ad passum lapidis qui est positus in platea 20 episcopatus Ferrarie, que adequatio cuiuslibet passus in presentia unius ex assessoribus potestatis fiat et in presentia consulum iustitie et massariorum mercatorum. Et si aliqua persona uteretur aliquo passo aliter adequato vel facto, solvat comuni decem libras ferrarinorum; medietas condempnationis¹ sit accusantis et alia sit comunis. 25 Et consules iustitie hoc procurare et inquirere teneantur quolibet mense et denunciare quoslibet contra facientes²; et per hoc statutum omnibus aliis intendimus derogare.

CCCXXXV. *De solutione sartorum.*

Statuimus et ordinamus quod sartores et eorum discipuli, pro 30 artibus suis faciendis, solutionem de cetero recipiant in hunc modum, videlicet: pro guarnello hominis octo imperiales; pro sotano mulieris cum gironibus crespis tres soldos ferrarinorum; de vestito bi-

CCCXXXIII. ¹ Assai probabile omissione dī libera. ² La seconda e corretta su i.
CCCXXXIII. ¹ Segue segno riempitivo in fin di riga.

xelli¹, meçalane, tutalane, stanfortis et cuiuslibet alii panni sine
 72 v. tribus cusituris tres soldos ferrarinorum; cum tribus cusituris qua-
 tuor; cum | cusituris et crispis quatuor soldos ferrarinorum et, si fue-
 rint frodati, quinque soldos ferrarinorum; idem intelligimus de guar-
 5 naçonibus frodati, si fuerint frodati de pelle; si autem de çendali,
 sex soldos ferrarinorum; de pellibus vero ab homine tres soldos fer-
 rarinarum; de guascappis et cappetis cum tribus cusituris quinque
 soldos ferrarinorum, sine tribus cusituris tres soldos ferrarinorum; de
 10 gonellis dominarum frexatis cum gironibus et crespis et butonis VIII
 soldos ferrarinorum, salvo quod de² gironato, ante et post, decem
 soldos ferrarinorum; de guarnachia frodata sive de pelle sive de çen-
 dali cum frexaturis VIII soldos ferrarinorum veterum; et in gonella
 de mantaura frodata de pellibus sex soldos ferrarinorum; frodata de
 çendali VII soldos ferrarinorum; et hoc intelligimus de vestimentis
 15 factis pro hominibus et³ dominabus magnis; pro aliis autem vesti-
 mentis factis pro pueris vel iuvenibus medii temporis satisfiat eisdem
 secundum quod conveniens est, habito respectu ad supradicta precia.
 Et teneatur presens potestas⁴ et quilibet alius qui per tempora erit
 ad regimen civitatis Ferrarie speciali vinculo sacramenti facere iu-
 20 rare singulos exercentes predictam artem de non accipiendo aliqui-
 bus⁵ vestimentis ultra precia supradicta; et teneatur auferre cuilibet
 non servanti predicta vel contra facienti centum soldos ferrarinorum.
 Et quilibet sacramento sequimenti teneatur denunciare quemlibet sar-
 torem contra facientem, et quod de novo faciat iuramentum de de-
 25 nunciando secundum quod in molendinariis dictum est.

CCCXXXVI. *Quod sarti teneantur suas artes exercere.*

Statuimus quod quilibet sartor ad postulatione cuiuslibet tene-
 atur artem suam exercere; et potestas eos artem suam facere compel-
 latur; quod si contra fecerit, pro qualibet vice in viginti soldis fer-
 30 rarinarum condempnetur.

CCCXXXVII. *De cimatoribus.*

Statuimus quod cimatores bene et legaliter eorum artem tenean-
 tur exercere, et in comuni bonam et ydoneam securitatem de exer-

CCCXXXV. ¹ Segue segno riempitivo in fin di riga. ² de] inquadrate di rosso aggiunto dalla stessa mano sul margine interno. Nel luogo di inserimento il segno di richiamo è in rosso e in sua corrispondenza nell'interlinea una piccola rasura. ³ et] inquadrate di rosso aggiunto dalla stessa mano sul margine interno etc ... come a nota precedente. ⁴ Sul margine esterno di mano più recente (III): Nota: potestas q(ui) per tempora fuerit. ⁵ Assai probabilmente precedeva una pro omessa.

CCCL. *De campsoribus.*

Statuimus quod nullus campsor tabulam teneat in civitate Ferrarie et burgis, qui non sit civis Ferrarie et portet onera civitatis Ferrarie secundum formam comunis Ferrarie et habeat cartam cidadantie. Et
 5 qui inventus fuerit contra facere, solvat pro banno qualibet vice decem libras ferrarinorum. Et potestas bis in anno teneatur hoc inquirere diligenter.

CCCLI. *De securitate ydonea prestanda per campsores.*

Statuimus¹ quod quelibet societas numullariorum sive campso-
 10 rum teneatur et debeat prestare ad massariam comunis Ferrarie bonam satisfactionem mille librarum imperialium de solvendis et fideliter restituendis alienis peccuniis vel aliis mobilibus, que ad manus eorum pervenerint, et de arte sua sive offitio suo legaliter absque
 15 fraude vel malicia exercendo; et aliter non permittantur artem predictam exercere, nisi prestita securitate predicta.

CCCLII. *Quod omnes campsores teneantur stare cum tabulis suis ad cambiandum circa plateam comunis.*

Statuimus et volumus quod omnes campsores teneantur stare cum tabullis suis ad cambiandum in platea circa palatium potestatis. Et
 20 non teneantur tabule in aliquo alio loco civitatis ad cambiandum. Et
 73 v. quilibet campsor teneatur facere securitatem mille librarum ferrari-
 25 norum in | comuni de cambio legaliter faciendo et de receptis restituendis et generaliter de omnibus attendendis et observandis, que spectant ad eorum offitium. Quod si massarii in recipiendis securitatibus ydoneis fuerint negligentes, ipsi de suo omne dampnum, quod ex ea causa aliquem tangeret, integraliter resarcire teneantur.

CCCLIII. *Quod campsores teneantur ex scripturis sociorum et etiam discipulorum¹ et de securitate ab eis prestanda et de aliis capitulis².*

30 Statuimus et ordinamus quod, si duo vel plures cuiuscumque numeri fuerint numularii seu campsores socii ad tabulam regendam, et aliquid inveniatur scriptum in codice sive libro rationum ipsorum

CCCLI. ¹ Sul margine esterno di mano più recente (IV): Ad offitium iudicis massarie: preconizetur.

CCCLIII. ¹ Fra le lettere p ed l spazio per una lettera in parte occupato da un piccolo foro. ² Il passo et de ... scritto sulla prosecuzione di quella e della seguente riga sopra il margine interno.

CCCL. *De campsoribus.*

Statuimus quod nullus campsor tabulam teneat in civitate Ferrarie et burgis, qui non sit civis Ferrarie et portet onera civitatis Ferrarie secundum formam comunis Ferrarie et habeat cartam cidadantie. Et
 5 qui inventus fuerit contra facere, solvat pro banno qualibet vice decem libras ferrarinorum. Et potestas bis in anno teneatur hoc inquirere diligenter.

CCCLI. *De securitate ydonea prestanda per campsores.*

Statuimus¹ quod quelibet societas numullariorum sive campso-
 10 rum teneatur et debeat prestare ad massariam comunis Ferrarie bonam satisfactionem mille librarum imperialium de solvendis et fideliter restituendis alienis peccuniis vel aliis mobilibus, que ad manus eorum pervenerint, et de arte sua sive offitio suo legaliter absque fraude vel malicia exercendo; et aliter non permittantur artem pre-
 15 dictam exercere, nisi prestita securitate predicta.

CCCLII. *Quod omnes campsores teneantur stare cum tabulis suis ad cambiandum circa plateam comunis.*

Statuimus et volumus quod omnes campsores teneantur stare cum tabullis suis ad cambiandum in platea circa palatium potestatis. Et
 20 non teneantur tabule in aliquo alio loco civitatis ad cambiandum. Et quilibet campsor teneatur facere securitatem mille librarum ferrari-
 73 v. norum in | comuni de cambio legaliter faciendo et de receptis restituendis et generaliter de omnibus attendendis et observandis, que spectant ad eorum offitium. Quod si massarii in recipiendis securi-
 25 tatibus ydoneis fuerint negligentes, ipsi de suo omne dampnum, quod ex ea causa aliquem tangeret, integraliter resarcire teneantur.

CCCLIII. *Quod campsores teneantur ex scripturis sociorum et etiam discipulorum¹ et de securitate ab eis prestanda et de aliis capitulis².*

30 Statuimus et ordinamus quod, si duo vel plures cuiuscumque numeri fuerint numularii seu campsores socii ad tabulam regendam, et aliquid inveniatur scriptum in codice sive libro rationum ipsorum

CCCLI. ¹ *Sul margine esterno di mano più recente (IV): Ad offitium iudicis massarie: preconizetur.*

CCCLIII. ¹ *Fra le lettere p ed l spazio per una lettera in parte occupato da un piccolo foro.* ² *Il passo et de... scritto sulla prosecuzione di quella e della seguente riga sopra il margine interno.*

CCCLVII. *Quod callegarii et venditores sollarum debeant stare ad vendendum sub domo callegariorum*¹. |

74 v.

Statuimus quod omnes callegarii, sive sint venditores solarum, sive tomariarum, sive callegarie nove, debeant stare ad vendendum sub domo callegariorum et non per plateam; et callegarii, quorum est predicta domus, teneantur eos recipere et loca eis dare ad bonam consuetudinem nomine fraternitatis. 5

[CCCLVII.a] *De eodem.*

Statuimus quod callegarii non ponant bannum nec postrumum¹ faciant, ut libere quisque possit laborare et vendere, et licitum sit unicuique vel cuilibet calçarios vendere in platea comunis Ferrarie, dummodo qui non sunt de collegio callegariorum et partem non habent in domo callegariorum², non vendant sub domo callegariorum. Et potestas³ preconigare faciat semel in mense. 10

[CCCLVII.b] *De eodem.*

15

Item statuimus quod callegarii teneantur eorum artem legaliter exercere et bonos facere subtellares et non possint callegarii facere subtellares nisi de una manerie corii, ut vel de solo corduano faciant subtellares, ita quod aliud corium non immisceant; vel de solo alio corio: quod eciam sine requisitione emptorum dicere teneantur de quo corio fuerint subtellares; et si esset de voluntate, tunc de mixto corio possint facere subtellares sine pena. Et qui contra fecerit, puniatur in viginti soldis ferrarinorum, et quilibet sit accusator, quorum medietas sit¹ comunis et alia accusantis. 20

CCCLVIII. *De pillipariis.*

25

Statuimus quod nullus debeat batere pelles, vel pillicias aliquas in platea comunis Ferrarie aut in aliquas vias publicas. Et qui contra fecerit condempnetur pro qualibet vice in viginti soldis ferrarinorum. Et massarii contractarum teneantur contra facientes accusare; quod si non fecerint pro vice qualibet in soldis decem condempnentur. 30

CCCLVII. ¹ Quod callegares e callegariorum sono scritti su rasura.
[CCCLVII.a] ¹ Alla p segue una r espunta dalla stessa mano. ² Il passo et partem ... callegariorum inquadrato di rosso aggiunto dalla stessa mano sul margine esterno. ³ Sul margine esterno di mano più recente (III): Nota quod potestas tenetur.

[CCCLVII.b] ¹ Segue segno riempitivo in fin di riga.

CCCLXV. *De naulo solvendo a comuni.*

Statuimus quod si aliqua navis alicuius hominis Ferrarie vel districtus vel aliunde iverit in servitio comunis Ferrarie aliqua de causa, solvatur pro unoquoque eunte in dicta nave unus venectus parvus per diem illi cuius navis¹ fuerit, si habuerit soldum a comuni. 5
Sin autem non habuerint, comune solvat, et si predicta navis vel eius naves amitterentur vel devastarentur, emendentur et reficiantur illi vel illis cuius essent secundum iustam extimationem pro² comuni vel per illos, qui culpa amitterent vel devastarent. Et de hoc potestas teneatur. 10

CCCLXVI. *Quod nullus nauterius vadat ad voltam.*

Statuimus quod nullus nauterius debeat ire ad voltam. Et si inventus fuerit contra facere, condempnetur pro qualibet vice in centum soldis ferrarinorum et perdat navem et credatur sacramento denunciantis, et potestas teneatur¹ facere inquisitionem de omnibus 15 et singulis predictis caute et diligenter.

CCCLXVII. *Quod illi, qui dant naves ad naulum, habeant sogas et remos.*

Statuimus quod illi, qui dant naves ad naulum, platum vel scollam vel burclum, sogam habeant et remos necessarios et dent cum 20 navi; et si dederint ad naulum navim post terciam, ea die non repetat naulum et si post terciam reddita fuerit solvat naulum pro tota die; si vero in una die receperint et ea die reddiderint, solvant naulum secundum quod in concordia fuerint. Pro naulo navis alicui non detur ultra duos soldos imperiales si erit de milliaro vel supra 25 per diem, pro omni penso vegetis in vindemiis, de navi dentur duo imperiales et a miliario infra. Et ille cuius est navis teneatur eam dare ad naulum sine noclerio omnibus volentibus; et qui plus acceperit, solvat decem soldos ferrarinorum et restituat quod plus acceperit. 30

[CCCLXVII.a] *De eodem.*

Statuimus quod aliqua navis non debeat trahi in terram ab illo latere Padi versus civitatem nec debeat calcari a latere civitatis. Et

CCCLXV. ¹ Segue segno riempitivo in fin di riga. ² Così nel testo probabilmente in luogo di: per comune.

CCCLXVI. ¹ Sul margine esterno di mano più recente (IV): Fiat inquisicio per potestatem.

terum et de avere comunis in viginti soldis ferrarinorum veterum et cavarellanus teneatur semel in suo officio denunciare hoc inter suos vicinos. |

79 v.

CCCLXXXV. *De volentibus intrare collegia artium suarum.*

Statuimus quod quicumque artifex voluerit intrare collegium 5
alicuius artis, quam ipse operatur, teneantur massarii illius artis
ipsum in suo collegio recipere, dummodo sit civis et substineat hono-
nera civitatis, nichil exigendo ab eodem pro intrata; quod in omni-
bus collegiis¹ volumus observari.

CCCLXXXVI. *De festivitibus celebrandis.*

10

Statuimus quod nullus mercator sive artifex vel caxarolus de
civitate Ferrarie debeat aperire nec apertam tenere stationem suam
causa vendendi aliquid de mercimoniis suis in die nativitatis et duo-
bus sequentibus, in die pascatis resurrectionis et duobus sequen- 15
tibus, pentecostis et epifanie, in diebus dominicis, in festivitibus
apostolorum et virginum, in die beati Georgii martyris et sancti
Romani in banno decem soldorum ferrarinorum; et quilibet sacra-
mento sequimenti accusare teneatur.

CCCLXXXVII. *Quod non fiat mercatum in sabbato, quando fuerit
aliquod festum in dicto die sabbati.*

20

Ad honorem Dei et beatissime Marie eius matris statuimus quod
non sit nec fiat mercatum in aliquo sabbato, quando aliqua de infra-
scriptis festivitibus contingeret esse in die sabbati, videlicet: festum
nativitatis Domini, epifanie, beate Marie festum annuntiationis, fe- 25
stum assumptionis et festum nativitatis eiusdem virginis, festum sancti
Georgii martyris militis Christi. Et potestas preconizari faciat in
die sabbati precedentis et etiam ante per duos dies quod nullus ve-
niat ad mercatum in die sabbati; et fiat forum in die veneris prece-
dente et preconizetur similiter ut dictum est.

CCCLXXXVIII. *De rebus vetitis.*

30

Statuimus quod nemini liceat ligna laborata vel non laborata,
nata vel nascitura in districtu Ferrarie, extrahere de civitate Fer-
rarie et districtu, neque perticones aut circulos undecumque vene-

CCCLXXXV. ¹ Segue segno riempitivo in fin di riga.

rint aut nati fuerint. Qui contra fecerit, in viginti soldis ferrarinorum condempnetur et lignamen et perticones et circulos vendere in civitate Ferrarie teneatur. Cuilibet tamen inpune permissa licentia videatur, portare quodlibet lignamen per districtum Ferrarie civitatis.

5 CCCLXXXVIII. *Quod nemini liceat portare lapides vel cuppos, nisi venirent de alieno districtu.*

Statuimus quod nemini liceat de civitate Ferrarie et districtu portare lapides, calcinam, cuppos, scilices, lapides vivas, nisi per conducentem ostenderetur quod predicta de alieno districtu condu-
10 cantur.

CCCC. *Quod non liceat extrahere aliqua coria de civitate Ferrarie.*

Statuimus quod nemini liceat coria boum, equorum, asinorum, peccorum aut aliud corium cuiuscumque bestie domestice aut salva-
80 tice extrahere de civitate Ferrarie et districtus, salvo instrumento et
15 instrumentis illorum, qui eme|runt vel ement dacium. Et qui contra fecerit condempnetur in duodecim denariis de libra et amittat coria.

CCCCI. *Quod non extrahantur carbones de civitate Ferrarie.*

Statuimus quod nulli carbones extrahere de civitate Ferrarie et districtu permittatur, undecumque venerit ad civitatem Ferrarie et
20 districtum.

CCCCII. *Quod nulle carnes extrahantur de civitate Ferrarie.*

Statuimus quod nemo audeat extrahere de civitate Ferrarie et districtu carnes porcinas, vacinas, bovinas, castratinas, vivas neque mortuas, capones, galinas, pullos, anseres, anates neque ova aut
25 aliqua alia victualia his similia nascencia in civitate Ferrarie et districtu. Qui contra fecerit penas illas substineat, que in alio statuto continentur supra posito in hoc libro sub rubrica De victualibus non conducendis extra districtum Ferrarie. Ab hiis excipimus forenses, qui habent amiseros in districtu¹ Ferrarie et scolares pro suo victu
30 tantum aut qui irent in servitio Terre Sancte, quibus de voluntate maioris consilii licentia concedatur; et teneatur potestas facere consilium quociens super hoc fuerit requisitus, salvo quod potestas et ambaxatores, quando ipse potestas et ambaxatores vadunt in servitium comunis Ferrarie, possint portare victualia oportuna.

CCCCII. ¹ Segue segno riempitivo in fin di riga.

liceat² ei in camaris suis diebus iuridicis de criminalibus causis cognoscere, sed in pallacio comunis quibuscumque poscentibus se publice exhibere.

VI. *Quod nullus corrumpat potestatem, iudices vel alios officiales.*

Statuimus et ordinamus quod, si quis corruperit potestatem 5 Ferrarie, iudices potestatis vel aliquem de familia ipsius, aut aliquem officialem comunis¹ Ferrarie in quocumque officio existentem, videlicet in inducendo eum ad faciendum vel omittendum aliquid contra statutorum comunis Ferrarie formam vel iuris civilis, licitum sit corruptori absque aliqua² pena, gravamine vel metu quando- 10 cumque deferre et denunciare corruptum coram potestate vel iudice competenti vel sindicis eligendis super examinatione potestatis et sue familie, et aliorum officialium comunis Ferrarie, | qua cor- 101 ruptela reperta, teneatur et debeat corruptus reddere et restituere corruptori quicquid ex predicta causa extorsisse repertus fuerit per 15 se vel interpositam personam, et nichilominus penis legalibus et statutorum comunis Ferrarie³. Et iudices qui de predictis cognoverint, teneantur precise et debeant predicta et singula executioni mandare et mandari facere.

VII. *Quod iuratores cuiuscumque loci civitatis Ferrarie vel districtus 20 teneantur denunciare maleficia potestati.*

Statuimus quod iuratores villarum vel burgorum vel castrorum civitatis Ferrarie vel districtus homicidia vel offensas iniurias, denunciando, teneantur nota facere potestati infra quinque dies. Et si homicidium denunciaverint vel tale crimen, cuius occasione bona 25 delinquentis, legibus, vel ex statutorum forma, debeant publicari, decem soldos ferrarinorum percipiat denuntians a comuni. Si autem in denunciando negligens fuerit, in tribus libris ferrarinorum veterum condempnetur.

VIII. *Quod in quocumque crimine pandatur accusans.*

30

Statuimus quod in quocumque crimine per potestatem vel officiales suos pandatur accusans, ita quod accusatus suum cognoscat

V. ² Segue segno riempitivo in fin di riga.

VI. ¹ Segue segno riempitivo in fin di riga, inoltre sul margine interno è disegnato in penna un profilo umano. ² q(ua)] su rasura. ³ Omesso su-
biaceat o analogo espressione.

cusserit cum baculo vel fuste et sanguinem non fecerit, distinguendo loca et qualitates personarum, ut in ipso statuto distinguitur.

XXVIII. De *percuciente manu vel pede in domo comunis.*

Siquis in domo vel in platea vel in pallatio comunis Ferrarie vel domo in qua habitat vel sub porticu aliquem seu aliquos, non de baculo nec de alio, sed de manu vel pede percusserit, et sanguinem non fecerit nec ossum ruperit, solvat marchio quinquaginta libras ferrarinorum, capitaneus triginta libras ferrarinorum, valvasor vel miles viginti libras ferrarinorum, popularis decem libras ferrarinorum tantum. Si autem in aliis locis quam predictis percusserint non faciendo sanguinem, marchio viginti quinque libras ferrarinorum, capitaneus quindecim, valvasor vel miles decem, popularis in centum soldis ferrarinorum veterum. Et offensionem emendet secundum qualitatem delicti, et conditionem persone. Si vero predicti in predictis locis civitatis Ferrarie percuciendo sanguinem fecerint, vel ossum ruperint, solvat marchio pro banno centum libras ferrarinorum, capitaneus sexaginta, valvasor vel miles quadraginta, homo popularis viginti libras ferrarinorum; et emendet secundum conditionem persone iniuriam substinentis. Si vero in aliis locis civitatis Ferrarie predicti percuciendo sanguinem fecerint, condempnetur marchio in quinquaginta libris ferrarinorum, capitaneus in viginti quinque libris, valvasor et miles viginti, popularis in decem; et emendet iniuriam secundum conditionem persone.

XXX. De *hiis qui cum baculo percusserint.*

Si cum baculo vel alio quocumque fuste vel telo, exceptis armis vetitis, aliquis aliquem percusserit et sanguinem non fecerit nec ossum ruperit, siquidem in platea episcopatus, vel pallatio comunis Ferrarie, vel in domo in qua habitat et fuerit marchio, condempnetur in quinquaginta | libris ferrarinorum, si autem capitaneus in viginti quinque libris, valvasor vel miles in decem libris, popularis in centum soldis ferrarinorum. Si autem in dictis locis percuciendo sanguinem fecerint, vel ossum ruperint, penam eisdem indicimus duplicatam. Si vero in aliis locis civitatis Ferrarie, vel comitatus, cum baculo vel alio fuste percusserit, nec sanguinem fecerit nec ossum ruperit, siquidem fuerit marchio condempnetur in viginti quinque libris ferrarinorum, capitaneus in quindecim, valvasor vel miles in quinque, popularis in tribus libris. Si autem percuciendo ossum fregerint vel sanguinem fecerint, predictas quantitates a predictis exigi volumus duplicatas. Et hec locum habeant si cum percussis concordet

exercitu generali, vel cavalcata, vel ad aggeres et tunc | non faciat ma- 105
 liciose, sed comminando eisdem, ut melius laborent. Et si potestas
 contra fecerit, solvat comuni pro banno centum libras ferrarinorum,
 assessor vero vel miles, si contra fecerit, solvat comuni pro banno
 vigintiquinque libras ferrarinorum; quilibet alius de familia potestatis 5
 decem libras.

XXXIII. *De eo qui pacem factam fregerit occidendo vel membrum
 auferendo.*

Siquis pacem factam fregerit vel frangere fecerit occidendo vel
 membrum auferendo, perpetuo sit in banno et si ad pacem venerit, 10
 persona eius et bona sint in banno, ita tamen quod medietas suarum
 possessionum sit ¹ comunis et alia illius qui offensam receperit, et suo-
 rum heredum. Et si capiatur, postquam ruperit pacem occidendo vel
 membrum auferendo, personaliter puniatur amittendo personam; et
 res mobiles et immobiles dividantur, quarum medietas sit comunis et 15
 alia heredum recipientis offensam. Nec ² de cetero sit habitator civi-
 tatis Ferrarie vel districtus, etiam si pacem habuerit. Et idem obser-
 vetur si eum percusserit cum armis vetitis frangendo pacem. Et si
 cum baculo percusserit frangendo pacem et ossum ruperit idem vo-
 lumus observari. Sed si ossum non ruperit solvat quinquaginta libras, 20
 etiam si ad pacem venerit. Et si cum aliquo ³ alio tello percusserit
 frangendo pacem, solvat vigintiquinque libras. Et legatur hoc capitu-
 lum cum eo, qui ⁴ loquitur de facientibus homicidium ex proposito,
 quociens potestas faciet condemnationes.

XXXV. *De eo qui fecerit homicidium.*

25

Siquis ex proposito homicidium fecerit, in banno perpetuo po-
 natur, nec de illo ullo modo vel ingenio extrahi possit; cuius bona sta-
 tuimus publicari, ita quod medietas ad heredes defuncti et alia me-
 dietas deveniat in comuni, de eo quod supererit a destructione
 bonorum, conservatis dotibus uxorum homicidarum in bonis homi- 30
 cide vastatis. Et si captus fuerit, personaliter puniatur, nisi ad pacem
 cum heredibus defuncti pervenerit. Si autem ad pacem pervenerit,
 solvat centum libras ferrarinorum tantum et si solvere non poterit,
 donec solverit in carcere teneatur et cancelletur de banno cum sol-

XXXIII. ¹ Segue segno riempitivo in fin di riga. ² Sul margine esterno di
 mano più recente (V): Legatur quociens potestas faciet condemnationes.
³ aliquo] aggiunto sul margine interno dalla stessa mano inquadrato di rosso.
⁴ Così nel testo per quod.

exercitu generali, vel cavalcata, vel ad aggeres et tunc | non faciat ma- 105
 liciose, sed comminando eisdem, ut melius laborent. Et si potestas
 contra fecerit, solvat comuni pro banno centum libras ferrarinorum,
 assessor vero vel miles, si contra fecerit, solvat comuni pro banno
 vigintiquinque libras ferrarinorum; quilibet alius de familia potestatis 5
 decem libras.

XXXIII. *De eo qui pacem factam fregerit occidendo vel membrum
 auferendo.*

Siquis pacem factam fregerit vel frangere fecerit occidendo vel
 membrum auferendo, perpetuo sit in banno et si ad pacem venerit, 10
 persona eius et bona sint in banno, ita tamen quod medietas suarum
 possessionum sit¹ comunis et alia illis qui offensam receperit, et suo-
 rum heredum. Et si capiatur, postquam ruperit pacem occidendo vel
 membrum auferendo, personaliter puniatur amittendo personam; et
 res mobiles et immobiles dividantur, quarum medietas sit comunis et 15
 alia heredum recipientis offensam. Nec² de cetero sit habitator civi-
 tatis Ferrarie vel districtus, etiam si pacem habuerit. Et idem obser-
 vetur si eum percusserit cum armis vetitis frangendo pacem. Et si
 cum baculo percusserit frangendo pacem et ossum ruperit idem vo-
 lumus observari. Sed si ossum non ruperit solvat quinquaginta libras, 20
 etiam si ad pacem venerit. Et si cum aliquo³ alio tello percusserit
 frangendo pacem, solvat vigintiquinque libras. Et legatur hoc capitulum
 cum eo, qui⁴ loquitur de facientibus homicidium ex proposito,
 quociens potestas faciet condempnationes.

XXXV. *De eo qui fecerit homicidium.*

25

Siquis ex proposito homicidium fecerit, in banno perpetuo po-
 natur, nec de illo ullo modo vel ingenio extrahi possit; cuius bona sta-
 tuimus publicari, ita quod medietas ad heredes defuncti et alia me-
 dietas deveniat in comuni, de eo quod supererit a destructione
 bonorum, conservatis dotibus uxorum homicidarum in bonis homi- 30
 cide vastatis. Et si captus fuerit, personaliter puniatur, nisi ad pacem
 cum heredibus defuncti pervenerit. Si autem ad pacem pervenerit,
 solvat centum libras ferrarinorum tantum et si solvere non poterit,
 donec solverit in carcere teneatur et cancelletur de banno cum sol-

XXXIII. ¹ Segue segno riempitivo in fin di riga. ² Sul margine esterno di
 mano più recente (V): Legatur quociens potestas faciet condempnationes.
³ aliquo] aggiunto sul margine interno dalla stessa mano inquadrato di rosso.
⁴ Così nel testo per quod.